

sicet diabolus super superbos. Item sicut hūiles sunt filij dei qui dabit eis regnum p hereditate paterna. Sicut dicitur Luc. xij. Nolite timere pusill⁹ grex quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Sic et superbi sunt filij diaboli qui dabit eis infernum et eternum supplicium. Unde Aug⁹ in epla. Quem superbū videris: filiū esse diaboli non dubites. **Q**uartū est cōsideratio vilitatis proprij corporis. Primo quomodo puer de vili materia cōcipitur: et in vtero matris nutrit. Secūdo quomodo in p̄senti vita est homo vas stercoreum. **T**ri^o Diece. vj. Humiliatio in medio tui est. Qd patet: quia omnia que exeunt de corpe humano tam abominabilia sūt q̄ generant nauseam etiā ipsi hōi. **Q**uī tum est exemplum humilitatis christi quia remediū tumoris est humilitas christi. Erutescat homo esse superbus: quia humilis factus est deus. Intolerabilis enī est illa superbia q̄ miles se deat super scamnū cuz rex sedeat iuxta eum super terras. Bern. Solus ē magister verus humilitatis christus: qui et humilitatem verbo docuit. Matth. xj. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Et in super opere monstravit se vsq̄ ad mortē exprobratissimaz inclinando et per hoc tm̄ se humiliavit quātum se humiliare potuit: quia cuz dominaret angelis imortalib⁹: dignatus est seruire mortalibus: mori p mortalibus: et etiam occidi pro mortalib⁹. Aug⁹. Que superbia sanari pōt si humilitate dei non sanat. **S**extum remedium est consideratio illius districti iudicij quod specialiter erit ad humiliandū superbos: vbi domin⁹ abundanter retribuet faciētibus superbiā. Esa. ij. Dies dñi super omnē supbum

et arrogantem. Unde Esa. xxvij. De diebus cōculcabitur corona superbię. Et non soluz superbus humiliabitur in futuro sed etiam quandoq̄ humiliatur in p̄senti vita. Unde legitur exemplum. Quidā aduocatus diues et potēs ppter nimiam supbiā noluit hominib⁹ pauperib⁹ loqui: qui iusto dei iudicio postmodū infirmatus dixit se esse cattum et sic se sub scamno locavit: vel se sub lecto abscondit. Et qm̄ requisitus fuit ab amicis vel cognat⁹ suis cur hoc faceret: Rñdit: Quia cattus sum et ad modum cattū operor. Et quādo amonitus fuit ob salutē anime sue de p̄ceptione sacramentorum semp̄ respondit cattus sum: et sic miserabiliter sine omni cōtritione et cōfessione et sine sacramēt⁹ obiit: qz fm̄ dictum christi: q̄ se exaltat hūiliabitur.

De inuidia.

Secūdo vidē

dum est de inuidia: que fm̄ Gregi. ideo ex superbia nascitur: quia superbus inuidet q̄ alius sibi coequatur. Et de inuidia hic dicendo: primo ponemus ea que possunt valere ad detestationē huius peccati: secūdo quantum sit peccatus veniale vel mortale: tertio tangemus aliquid de speciebus eius: quarto quomodo se occultat sub triplici specie virtutum: quinto remedia contra illud vitij. **Q**uantū ad primum sciendū q̄ inuidia fm̄ Aug⁹ est dolor alienę felicitatis: et dicitur ab inuidendo: qz scz non potest videre bona aliorū. Jobes autē damascen⁹ li. ij. ca. xij. dicit. Dis inuidia ē tristitia de alienis bonis. Ad detestationem vero hui⁹ vitij fm̄ wilhel. lugd pmo facit hoc q̄ hoc vitij ē peccatū in spiritum sanctum fm̄ vnā acceptionē. Quia ē

cōtra bonitatem dei q̄ spiritū sancto
appropriatur. 7 sic omne peccatū qd̄
est ex certa malicia peccatū ē in spiritū
sanctū. vñ inuidia cū sit ex certa mali-
cia peccatū ē in spiritū sanctū. sic ḡ ma-
nifestū est qd̄ inuidia ē valde magnū
peccatū. ¶ Secdo facit ad detestatio-
nem hui⁹ vitij b̄ qd̄ ipsū ē oppositum
charitati. Vñ sicut charitas excellētis-
sima ē virtutū. sic inuidia pessimū vi-
tū erit. Peior ē inuidia q̄ auaricia.
Auar⁹ enī 7 si nō vult cōmunicare bō-
na sua. tamē vult qd̄ alij ea cōmunicēt
Inuidus vero non vult cōdicare bona
sua. nec vult qd̄ ali⁹ ea cōdicet. imo inui-
dus ē peior oī creatura. Unde Greg⁹
sup̄ Gen. Iudiciū maxime diuine bo-
nitatis est qd̄ q̄libet res cogitur dare se
ipsam. ab hac libertate degenerat inui-
dus diuidēs se a deo 7 a creaturis. so-
cians se diabolo q̄ bonis oībus inui-
det. ¶ Tertio facit ad detestationē hu-
ius peccati qd̄ hoc vitij pure et totū
malū ē. Alia enī peccata hñt bonū ap-
parēs qd̄ incitat hōiēs. Vñ Aristo. iij
de aīa. Appetibile semp̄ mouet appe-
titū sub ratiōe boni sine hoc bonū sit
apparēs vel existens. Sed inuidia hz
dolorē 7 amaritudinē quā inuidi p̄-
ponūt gaudijs celi. 7 quāto aliqd̄ pec-
catū habet min⁹ incitamentūz tanto est
grauius. verbi gr̄a. Si senex fornicat
7 iuuenis: ambo simplici fornicatiōe.
tūc senex graui⁹ peccat. qz min⁹ habet
incitamentū: qz cōplexio iuuenū ē ca-
lida 7 humida. senū aut̄ frigida 7 sic-
ca. vt dicit cōmentator. vi. phisicorū.
¶ Quarto facit ad detestationē vitij
hui⁹ b̄ qd̄ istud vitij assimilat diabolo
Vñ Sap. ij. Inuidia diaboli mors
intromittit in orbē terrarū. Ad lram. dia-
bolus nros p̄mos parentes ideo sedu-
cere voluit: qz inuidebat eis regnū ce-

lorū qd̄ 7 ipse perdidit. Vñ adhuc p̄-
pter eandē causam hōiēs impugnat.
Itē b̄ peccatū ē signū p̄ qd̄ diabolus
suos discipulos cognoscat. Vñ sic dic̄
dn̄s Job. xij. discipulis suis. In hoc
cognoscent hō. qz mei estis dis. si dile-
ctionē habueritis ad inuicē. Sic cō-
trario cognoscūt filij diaboli per inui-
diam. Itē sunt socij diaboli in lucro 7
in damno. Quādo diabolus lucrat
gaudent: 7 quasi ipsius suū lucrū re-
putent. 7 dicunt malū bonū: 7 bonū
malū. quia dolent de bono hominis. 7
gaudent de malo hominis. Ideo sunt
maledicti a deo. vt habet Esa. v. Ue
qui dicitis bonū malū 7 malū bonū.
¶ Quinto facit ad detestationē hu-
ius vitij hoc qd̄ inuidia ē valde dāno-
sa suo pp̄rio subiecto. id ē. ipsi hōi. qz
psumit vires hominis sicut rubigo fer-
rum: 7 vermis lignūz in quo orit̄. Vñ
Piero. Di inuidia primum mordax
tū ipsius. Unde etiam Isid. Linoz
alieni boni suū punit actorem. Itēz
aufert omnē p̄ticipatiōē totius eccle-
się: totius boni. Charitatis enī oīa
bona erunt cōmunia. Unde Greg⁹.
Pensent inuidi quantum bonum sit
charitas que aliena bona sine labore
facit esse nostra. Item priuat hōminē
cēlo: quia omnibus bene ibidem suc-
cedit de quo inuidus tristaretur. Vñ
Seneca. Utināz inuidi oculos habe-
rent in omnib⁹ ciuitatibus: vt de om-
nibus felicitatibus torquerentur. nā
quāta felicius sunt gaudia tanti inui-
dorum sunt gemitus. imo inuidi quā-
doqz libenter carent aliquo bono. 7 su-
stinēt aliqd̄ malū: vt ali⁹ maius malū
sustineat. Exēplū. Legit̄ qd̄ duo hñe-
rūt cuidā regi q̄rū vn⁹ erat inuidus 7
alter auar⁹. 7 rex deliberat eos remu-
nerare: tali modo qd̄ q̄cqd̄ vn⁹ illorū

peteret tunc alter in duplo tantū habere- tūc inuidus petebat vt sibi dexter ocul⁹ erueret: vt alij s̄ i duplo fieret.

Inuidia quot modis fiat. ⁊ quando sit peccatum mortale.

Sequitur d̄ inuidia quot modis fiat. ⁊ quādo sit peccatum mortale. Pro quo sciendus q̄ inuidia multis modis fit. Primo modo quando ē motus primus veniens ex natura. sicut quidam naturaliter sunt inuidi. ⁊ hoc nullum est peccatum cum nullo modo sit in nostra potestate. Unde Aristo. iij. ethic. desiderijs naturalibus pauci peccant. ergo talib⁹ p̄mis motibus sic naturaliter incidentibus imediate ⁊ sine mora resistendū ē tunc non nocent. **U**n̄ Greg⁹ Temptatio cui non cōsentitur non ē peccatum: sed est materia exercēde virtutis. Secūdo modo ē dolor alieni boni. Tunc s̄m Hermānū de schilditz homo pōt trīstari de bono alterius nō ex eo q̄ alius habet illud bonū: sed ex eo q̄ illud bonū sibi deficit qd̄ iste habet. et hoc pprie est zelus (vt dicit p̄s ij. rethor.) ⁊ non inuidia. Unde dicit inuidia ⁊ inuidere prauū ē et prauorū zelus autem iustorum est. Et si iste zelus sit circa bona ⁊ honesta laudabilis est: si autē circa bona tpalia pōt esse sine peccato ⁊ etiam cum peccato. s̄m q̄ ille appetit ad finem bonū: vt inde elemosynā ⁊ opa misericordie faciat. vel ad finem malum: vt inde sup̄biret et luxuriose et crapulose viueret. ⁊ sic appeteret temporalia tunc esset peccatū. Tercio modo quādo quis dolet de bono alterius in quātū est suū: vel aliorū bonorū hominū et cōmunitatis nocumentum: ⁊ hoc etiam non est pprie inuidia. ⁊ potest esse sine peccato. Unde dicit Greg⁹. xij. li. moral. Si enī ali-

cui bene et prospere succederet in corpore ⁊ temporalibus: et esset eidem occasio peccandi: ⁊ in decrementum anime suę: licite de hoc alius potest trīstari. quia bona anime p̄ponenda sūt bonis corporis. quia sunt digniora ⁊ meliora. **U**n̄ Aristo. j. ethic. Bona anime sunt maxime bona. id ē sciētie ⁊ virtutes. Item bonū cōmune p̄ponendū est singulari. vt dicit Aristo. ij. ethic. Bonum cōmune est diuin⁹ q̄ prima tum. Quarto quando quis trīstatur de bonis alterius cum ille cui accidit hoc bonū est eo indignus quod non pōt cōtingere virtuosus. quia eo ipso q̄ aliquis habet talia iustus efficitur ⁊ dignus eisdem. sed esse dicitur de bonis fortuitis que possunt puenire dignis ⁊ indignis. Sed quia s̄m doctrinam fidei. bona q̄ pueniūt indignis i his fortuitis. i. tpalib⁹: dei puidencia iusta ⁊ dispositione pueniūt vel ad illoꝝ correctionē: vt p̄ hęc alliciant ad deum. vel ad remunerationē p bonis q̄ hic faciunt. vel ad maiorem dānationē. Ideo sacra scriptura et sancti doctores talem trīsticiā non cōmendant: s̄ potius phibent. Quia debeo deo cōmittere: ⁊ exorare deū. p eo vt sibi gratiam det vt sic vtatur talib⁹ bonis temporalib⁹ ad salutē ⁊ nō ad dānationē. Quinto si dolet solum ppter eminentiā alteri⁹. et talis modus si sit indeliberat⁹ ē peccatū veniale. s̄ p̄t ex eo. qz cū ratione fauet ⁊ optat sibi omne bonum. Ergo si dolet d̄ bono alterius ex inuidētia deliberata de alterius excellentia ppter hoc q̄ alius excedit ipsū in talibus bonis. scilicet in sapiētia vel in rebus temporalibus siue in fanore hominum siue quia habet amplioꝝ gloriam et excellentiam est peccatum mortale. ⁊ in s̄ pprie inuidia ⁊ istud

semper est malum. quia dolet de quo gau-
tendum est. scilicet de honore proximi. quia est
contra charitates proximi. quia si diligo
proximum sicut deo et teneor: tunc fa-
ueo sibi quicquid deus ei fauet: et ad hoc
Quilibet tenetur. **I**ta autem inuidia
pervenit primo ex superbia. Unde Aug⁹
de verbis domini sermone. liij. Abicitus
surrexit superbia statim erit ibi inuidia.
non potest superbus non esse invidus.
Item pervenit ex inordinata concupiscentia
qua ipse appetit illa bona temporalia
sive honores in quibus ille eum ex-
cedit. Unde Greg⁹ in omel. Quicquid
in mundo concupiscimus hoc proculdu-
bio proximo invidemus. Videt etenim
quod nobis desit quod alius assequitur.
Item pervenit quandoque talis delibe-
rata invidia (de qua iam dictum est) ex
certa malicia. puta cum propter depra-
vationem aliquis nec amat bonum gra-
tie et virtutis in seipso: nec videre potest
in alio. et hoc est in spiritu sancto peccare
et hoc peccatum dicitur invidentia fra-
ternae gratiae.

De filiabus invidie.

Quoniam de filiabus invidie: et
quod sint peccata mortalia vel
non. Circa quod notandum quod pri-
ma filia invidie est odium. hoc est velle
malum alicui et nolle bonum. sicut utique
malum et perversum est. quia deo omni-
bus bonum velle. deus enim ex malis quae
permittit fieri elegit bona. sed invidia
et odium e converso ex bono elegit ma-
lum. imo aliquando cupit pro bono red-
dere malum. Et ergo odium tale dire-
cte opponit charitati: ideo secundum genus
suum est peccatum mortale: licet propter impe-
tionem actus possit esse veniale. scilicet quando
est sine deliberatione. Odium tamen vitium et
non naturam hominis non est peccatum: nec pro-
prie dicitur odium nisi potius amor et dilectio

quod ille qui odit malum alicuius: proprie dili-
git bonum suum. Et sic patet quod odium secundum
genus suum est peccatum mortale: et quando odium
est peccatum veniale et quando non. Unde odio
vitiorum et peccatorum dicitur psalmus. Perfecto
odio oderam illos. Cassiodorus. Perfecto
odio odium est homines diligere: et eorum vi-
tia semper abhorere. Unde etiam Hugo
super ecclesiasticum. Perfectum odium est quod
crimina odium et non homines. **S**ecunda
filia est susurratio vel susurrare et discor-
dias seminare inter pacificos: vel ex in-
vidia amicum vel amicitiam auferre seu
tollere. Unde dicitur glossa. Job. i. Diffe-
rentia est inter susurrantem et detractorem.
Susurro inter amicos discordiam se-
minat. detractor autem aliorum bona ne-
gat et minuit. ut patet secundum Hermannum de
schilditz. Susurratio est gravius quam sit
detractio. Aufert enim amicitiam quam profert
omnibus bonis temporalibus. quod sine amicis
nullus posset vivere. ut dicit philosophus. viij
ethicorum. Ecce. vi. dicitur. amico fideli nul-
la est comparatio. Quod hoc vitium deus multum
odiat. ex hoc patet quod deus multum dili-
git pacem. Ideo venit de caelo ut pacem
faceret inter deum patrem et humanam natu-
ram. Et quando exiit de mundo ad patres
pacem suis discipulis relinquens dixit
Job. xiiij. Pacem meam relinquo vobis
pacem meam do vobis. Et post resurrectionem
apparuit discipulis dicens. Pax vobis
et ostendit eis manus et pedes quasi diceret.
attendite quod habere pacem emigrae eam dilige-
ter servate: ut filij dei esse possitis. Mat.
v. Unde etiam Greg⁹ in passo. Si dei vo-
cant filij qui pacem faciunt. proculdubio sa-
tanas sunt filij qui profundum. quod quicumque ex
proposito et ex invidia discordias semi-
nat inter maritum et uxorem sive inter
alios homines cuiuscumque conditionis
mortaliter toties peccat et diabolus fa-
miliaris servit. Unde Greg⁹ in passo.

De inuidia

Sicut nihil est preciosius deo virtute dilectionis: ita nihil est desiderabilius diabolo extinctione charitatis. Quisquis enim seminando iurgia dilectionem primorum punit hosti dei familiaris seruit. Item sicut pax est via et dux ad vitam eternam: ita discordia ad infernum. An Ambrosio super lucam. Pax est dux ad vitam eternam. Et sic christus moratur cum pacifico. Ps. In pace factus est locus eius: sic diabolus cum litigiosis. Et sicut pacifici in futuro possidebunt regnum eternum ubi eterna pax est: sic litigiosi possidebunt infernum ubi est eterna discordia inter demones et damnatos. Unde etiam Augustinus dicit de ci. li. xix. Non poterit ad hereditatem domini venire quisque testamentum eius noluerit observare. Exemplum. Legitur quod quidam vir cum uxore sua triginta annis vixit in tanta pace quod diabolus in his eos simul facere discordes non potuit. Tunc accessit diabolus ad quandam antiquam vetulam: et permisit ei duos novos calcios quod faceret discordiam inter virum illum et uxorem eius. Quod illa permisit: et accessit ad virum dicens quod uxor sua unum alium haberet quem diligeret: et eum occidere vellet: nisi sibi valde caute cauere: quod idem vir permisit credere noluit. Tunc postmodum accessit ad uxorem dicens ei quod maritus unam aliam amaret: et cum de seorsim comederent in mensa: vir uxorem toruo vultu respexit: et uxor econtra ostendit indignationem erga virum. Tunc uterque cepit adhibere fidem vetule. Tunc altera die accessit ad uxorem dicens ei consilium quod magni cultellum viri sui ad aquam benedictam truderet in ecclesia: et de nocte sub cussino viri poneret: et eum obdormire desuper pmitteret: tunc eam reamaret. Et eadem die accessit ad virum dicens ei quod de nocte vigilaret: alias eum

uxor sua interficeret: et in signum huius cultellum suum sub cussino illa nocte inveniret. Quem cultellum ipse sub capite suo reperiens arripuit: et uxorem proximam cum eo transfixit. Et diabolus calcios quos vetule promisit in hasta suspexit: et ei trans aquam porrexit ubi ipsa litit et pannos lauit dicens: vereor tibi appropinquare ne me similiter decipias sicut virum et uxorem decepisti. Unde metrista. Femina demonio tribus affibus est mala peior. Tertia filia invidie est gaudium in adversis proximi. Quod gaudes de hoc quod proximo male succedit hoc utique malum est et perversum. Illa enim exultatio invidi est quasi gaudium freneticorum: quod gaudent de hoc unde flendum est: imo est gaudium diabolicum: cum sit de malo alterius. De hoc gaudio loquitur Salomon propheta xvij. Qui in ruina letatur alterius: non erit impunitus. Virum est quod invidi gaudet de malo: cum tamen ipsi quantum ad naturam sunt boni: quia omnis creatura dei bona est. Ergo deberent gaudere de bono et non de malo: sed hoc accidit quod malicia est quodammodo eis in natura posita: et ideo de malicia gaudet invidi. Invidi vident peiores procel: procel enim procelo quod occidit compatitur: sed invidi oppositum faciunt. Quarta filia est tristitia in prosperis proximi: et hoc utique malum est: et talis est infelicissimum hominum: quod patitur ex hoc quod invidiosus excecatur ubi deberet illuminari. Job. v. Per diem incurrent tenebrae. Gregorius. Mors invidi cum de alieno bono affligit de radio lucis excecatur. Invidi adeo sunt infelices quod ipsi amittunt quicquid alij lucratur. Quia ipsi de sanitate aliorum infirmant: et de vita moriuntur. Sic deum diligenter omnia cooperantur in bonum: ita e converso invidis omnia cooperantur in malum: quod audiunt vel vident: quod si bona

etiā prospera tunc affligunt p̄pterea
si autē mala & tristitia: tunc letant. & hoc
sem̄ p̄cedit eis in piculū. **¶** In Seneca.
Utinā inuidi in oib⁹ ciuitatib⁹ aures
& oculos h̄ent: vt de singulis prosperi
tātibus hoīm torquerent. **¶** Quia
filia inuidiē est detractio. Qualit̄ autē
detractio detestāda est: & q̄t modis fiat
detractio: & de his q̄ libenter audiunt
detractionem: hoc totum habet in quī
to p̄cepto. **¶** P. & Q.

S Equitur quarto videre quō
inuidia occultat se sub tripli
ci specie virtutū. **¶** Primo s̄ fal
sa specie celi & rectitudinis: & hoc maxi
me p̄tingit in illis qui se dicunt odire
vitia hominū: & cū se diligent̄ resume
rent inuenirent se odisse non vitia sed
naturā. Et inde est q̄ isti etiā frequēt
dicunt solū se resp̄dere vitia aliorū
ex celo rectitudinis: cū tñ hoc plerūq̄
faciant ex fomite odij: q̄ inuidēt alijs
ex hoc q̄ sibi parificant: vel q̄ ipsos ex
cellant in his in quib⁹ singularit̄ appe
tūt apparere. Et ista occultatio s̄m̄ Gre
go est nimis piculosa: q̄ vt ipse dicit ē
difficilis ad cognoscendū: & etiā ad re
pellendū. **¶** Nā vt ibidē dicit Greg⁹ xxx
ij. li. moral. Error dñi virtus credit dif
ficile emendat: quia sepe dñi homo cre
dit se exercere virtutē actū: exercet poti
us vitiosū. Et exinde vltim⁹ p̄tingit q̄
homo q̄nq̄ suos p̄rios defect⁹ defen
dit & occultat s̄ s̄p̄ virtutē: aut amoris
aut exercitiij virtuosū. **¶** Remediū p̄tra po
test esse illud. **¶** Nā q̄ scire desiderat an
ipsū hominē vel pot⁹ ipsū vitium odiat:
hoc ex eo scire poterit q̄ hō seipm̄ p̄scru
tetur & diligent̄ attendat vtrū sincero
corde & dulcit̄ ad illū afficiat: & vitium
p̄sequit. Et si inuenit q̄ illū hoīez dul
ci corde amplectit: signū est q̄ solū ipsi
us vitium detestat. **¶** In Greg⁹ i. moral.

Affectus interne dilectionis excludit
amaritudinē odiosi liuorū. Si erga il
luz aliquā amaritudinē sui cordis de
prehendit: nouerit se non ipsū vitium
sed naturā s̄ s̄p̄ virtutē detestari. Et
hui⁹ inuidiē Greg⁹. triplex signū osten
dit. **¶** Primū est q̄ facies hoīs ex eo pal
lescit q̄n̄ ipsum cui inuidet intuet. **¶** Se
cundū q̄ oculos suos dep̄mit: nec ipm̄
delectabilē valet intueri. **¶** Tertium si
gnū q̄ sepe mens hoīs p̄ inuidiā tantū
amaricat q̄ p̄ interna amaritudine de
tes quadā cōp̄ssione strident: & mēbra
exteriora frigescūt. **¶** Itē secūdu remedi
um p̄tra hoc est q̄ hō discretionis oculo
dulciter penset q̄ prosperitas primū
sui bona sua i nullo diminuit. Et iō si
bi p̄gaudere debet de bonis sibi diuini
tū concessis: nec de ipsis bonis liuo
ris aculeo sauciari. **¶** Greg⁹. Diminutio
liuoris est affect⁹ interne dulcedinis.
¶ Secūdo inuidia se occultat s̄ fal
sa affectione fraternē charitatē: & ma
xime apparet in illis qui sunt ex speciali
affectu ad aliquas p̄sonas vel ad ordi
nem aliquē inclinati: q̄ molestē fuerūt
si alijs ordinib⁹ aliqd̄ cōmodi. puenit
aut honoris. Et isti frequēt extenuāt
bonū qd̄ relucet in p̄sonis aliorū ordi
nuz siue in p̄uersatiōe siue in doctrina
salutari: qd̄ exinde p̄tingit: q̄ timent
q̄ vtilitati & statui aliorū deperat ad
quos magl̄ inclinatur ex affectione
singulari. **¶** Remediū p̄tra hoc q̄ homo
cōmunē amorē habeat ad oēs bonos:
& diligent̄ fugiat amorē singularē et
p̄uinatū: & etiā omnē acceptionē p̄so
narū: & p̄ suū amorē ad nullū se incliet
nisi in quātum hoc ad eternā beatitu
dinē dirigere & iuuare poterit. **¶** Quia
p̄ h̄ excludet oē odiū qd̄ se occultare cō
suevit s̄ simulata spe fictē dilectionis
fraternē. **¶** Tertio inuidia occultat

se sub spē falli amoris p̄tendentē salu-
tem. p̄xi. qd̄ maxime apparet in illis
qui sub ficta spē amorū humane salutē
alijs inuident de bonis sibi diuinitus
p̄cessis: asserentes q̄ hoc ideo faciunt:
quia talia bona saluti eorū nō expediāt
z tñ non mouent ad hoc ex amore: sed
plus ex fomite odij vel rācorū. Et ista
inuidia sic expellit q̄ homo sincerē de-
sideret q̄ quilibet alijs possit vti bonis
sibi diuinitus concessis ad laudē dei: et
pro sue salutē augmento: z semp̄ p̄su-
mere meliora de proximo q̄ de seipso

Deira.

Tertio vi-
tendū est de tertio
vitio capitali qd̄ ē
ira q̄ fm̄ Aug. ni-
hil est nisi vlciscēdi

Alibido. Ad detestationē hoīre p̄xi-
mo valere p̄nt verba sacre scripture q̄
nobis dissuadent illam. **Un̄** Gen. xlv
Dixit ioseph fratribus suis redeuntibus
ad p̄res suū. Ne irascamini ī via. Sic
z nos fratres sumus in via: ad patres
nostrū celestē singulis diebus dietam
vnā facim⁹: cū sum⁹ in grā q̄ non debe-
mus irasci. **Un̄** Eccl̄s. vii. Resis velox
ad irascendū. **Un̄** Jaco. i. Sit autē oīs
homo velox ad audiendū: tard⁹ ad lo-
quendū: z tard⁹ ad irā. **S**ecūdo p̄t
valere ad detestationē h⁹ vitij. s. irē si
ostendat quātuz ira displiceat deo. p̄-
mo qz hospitij ei⁹ multū turbat. **Un̄**
de ad Eph. iij. Nolite p̄stare sp̄m̄sā-
ctum. **S**reg⁹. Dū ira aīm pulsat sp̄i-
tuis factō suā hereditatem turbat. imo
qñqz patrē z filiū z sp̄m̄sctm̄ de hospiti-
tio expellit z diabolū ītroducīt. Sicut
in pace factus est loc⁹ dei: sic in ira dia-
boli. **I**tem imaginē in tēplo eius dissi-
pat z diabolū loco eius ponit. **Un̄** sup

illud Job. v. Virū iustū interfecit ira
cundia. dicit glo. Mansuetudo ima-
ginē dei in nobis suat q̄ semp̄ tranq̄l-
la. Sed ira dissipat q̄ multū virtutibus
p̄riuat. **Q**uantez multū displiceat deo
cum imago eius in hōie ei⁹ dissipatur
ostendi potest p̄ hoc q̄ dicit Aug⁹. sup
psalmistaz. In ciuitate tua imaginem
ip̄sorum ad nihilum rediges. **M**erito
in q̄t imaginē ip̄oz ad nihilū rediget
de⁹ in celesti citate: qz ip̄i ī sua t̄restri ci-
uitate imaginē eius ad nihilū redigēt
Et etiā p̄ h⁹ q̄ tñ pctm̄ reputaret si ali-
quis imaginē crucifixi in ecclesia dissi-
paret. **I**te quia nullū vitij magl̄ cō-
temnit deū q̄ ira. hoc vitij aperte se
contra deū erigi. **Un̄** Job. xv. Cu-
currit aduersus euz erecto collo. **N**ō
iratus ip̄sum deū p̄tumelijs afficit z ni-
titur sp̄uere in faciē eius. in sup̄ ira cun-
dus aufert deo dominiū suū z diabo-
lū facit dñari ibi. **E**t hoc fit dū vindi-
ctā sibi vsurpat quā de⁹ sibi soli reti-
nuit. **D**eut. xxxij. Mea est vltio z ego
retribuā. **T**ertio valet ad detestati-
onem huius vitij q̄ hoc vitium valde
placet diabolo. **P**rimo qz valde potēs
est ad impugnationē hoīm z destructi-
onē hoīm: qz p̄ iram multū dñatur dia-
bol⁹ in homie. **N**ō enim timet homo
irat⁹ facere qd̄ diabolus p̄cipit ei quā-
tūcunqz magnuz pctm̄ sit. non parcit
v̄xori. nō parcit filio. imo hō iracund⁹
deo z m̄ri eius nō parcit z sancti in ce-
lo qñ eos afficiat. **I**tem placet ira dia-
bolo. quia hoc pctō lucrat diabol⁹ plu-
res hoīes. **Q**ñqz totā domū: vel vnā
villā vel vnā patriā hō iracundus pro-
uocat ad iracūdiam. **Un̄** p̄. xxx. Ira-
cundus puocat rixas: qui autē patiens
est mitigat suscitatas. **Un̄** de iracūd⁹
potest dici filius diaboli z eius volūta